



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

Cap. I. Historia de imagine Christi Abagaro missa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

284 COLLATION. SACRAR.

Romanus, qui etiam dum pater viueret, appellatur & ipsi Imperatores: tum quod & Euagrius in Ecclesiastica sua historia, et secunda Nicena Synodus ipsam Euagrī historiam, & alios super hoc in viazione allegando, abunde tractant.

Hec Aloysius: Videat etiam lector Adrian. P. R. fici Maximi scriptum, quod habetur Tomo tertio Conciliorum postremae editionis cap. 8. Denique Laurent. Surium in viis sanctorum 16 dignissimum.

CAP. PRIMVM.

**N**O N solum comprehendendi non poterat patri coæternum Deum verbum: sed cuius quoque pluma, vel omnia eius opera reguntur eadē caligine incomprehensibilitatis, neque ea solum, que constituit, hoc vniuersum architectans: sed etiam, quæ in assumpta per economiam materia nostri corporis nobiscum versatus, fecit primam illam & vnicam potentiam sua de uinitatis, vnde oportet omnino, quis ipsam non ignorat, & quæ sunt supra ipsum, scilicet cognoscit, non gloriari in immensum, neque stolidè ingredi per inane, nec contendere omnia scire, neque ignorare, quæ ipse non comprehendat. De hac igitur expressa forma eius, qui fuit Deus & homo, quæ impressa fuisse pictura, admirabili cius, qui fecit voluntate, in contexta ueste, quæ eam suscepit, tunc quidem missa fuit ad Abagaram ad curia

erationem: nunc autem Edessa ad hanc vrbium  
regiam, certo omnino Dei consilio & prouiden-  
tia ad eius salutem & custodiam est trans-  
lata: vt ex ijs, quae sunt pulchra & honesta, ni-  
hil ei deesset, cum debeat omnes vincere in  
omnibus: existimo oportere eum, qui est pius  
& iustus auditor & spectator, singulorum qui-  
dem historiam singulatim ut sciat, postulare,  
& antiquae narrationis velle certam & non  
dubiam accipere sententiam: Causam au-  
tem, quomodo ex gutta humida absque co-  
loribus & arte picturæ impressa fuit forma  
vultus in panno ex lino contexto, & cur quod  
en contextum ex materia, in quam tam facile  
cadit interitus, interitum tempore non acce-  
pit, & quæcumque alia is, qui res aggreditur  
naturaliter, soler diligenter perscrutari, relin-  
quere Dei sapientię, ad quam non potest acce-  
dit qui sciat, quod si quis accuratè omnia  
contenderit apprehendere, exturbatus in perse-  
cutione ignorationem, & precipitatus in pro-  
fundum incomprehensibilitatis, veniet in pe-  
natum, ne in ijs, quæ sunt præcipua, patiatur  
sudaturam pauca nolens concedere. Quotquot  
ergo in fide recti, & ardentiori zelo con-  
uenitis, agite adeste, & narrabo vobis ea, quæ  
qua oportuit perscrutatus examinatione, &  
non haec labore versatus in inquirenda veri-  
tate, tam ex ijs, qui historias conscripsere,  
quæ ex ijs, qui illiac ad nos venire, quæ tan-

quam

186 COLLATION. SACRAR.

quam in arcans dicebat apud eos conservari  
memoria exacte potui cognoscere.  
*Cap. 2.* Cum Dominus & Deus & Saluator no-  
ster Iesus Christus ad genus nostrum erigendis  
apud nos versaretur, erat, ut dicit Prophete,  
(*Psal. 71.*) multitudo pacis in terra, & fuit  
dissipatus multorum principatus & admi-  
stratio, cum tanquam ab una Zona, Romano  
imperio cinctus esset vniuersus orbis terra, &  
subiectus esset vni gubernatori. Ideo erat om-  
nium cum omnibus secura congressio: neque  
sibi videbantur homines terram habitare di-  
uisam, sed ut quae ab uno Domino possidetur,  
& esset tota vniuersus opificis: & collum pri-  
mo illi seruo inclinantes, pacem inter se agi-  
bant. Quamobrem, qui tunc erant Edelio To-  
patcha Abagarus, erat Aegypti praesidi nouus  
& amicus, & alterius ad alterum veniebant  
vtrinque ministri. Quocirca illo quoque tem-  
pore, quo Dominus noster & Deus paternam  
implens voluntatem, salutarem doctrinam  
proponebat hominibus, & per insignia mira-  
cula ad fidem in eum habendam, conuertebat  
homines: accidit ut quidem ex ministris Aegypti  
gari, nomine Ananias in Aegyptum videntur  
per Palæstinam in Christum incideret, & con-  
tum procul contemplaretur, verbis ab errore attri-  
hentem multitudinem, & que omnem  
perabant opinionem, facientem miraculo  
Postquam ergo iter suum confecisset in Aegyptum

gyptum & iis, quæ mandata fuerant tracta-  
us rediret, cum recordaretur dominum su-  
um diuturno articulati morbo tyrannicè  
verari, & nigra lepra consumi, & duplē  
calamitatem vel multiplicem potius mor-  
bum sentire, quod & articulorum affligere-  
tur doloribus, & lepræ malis cruciaretur,  
(aderat autem pudor quoque deformitatis,  
proper quam ab hominibus non erat adspe-  
cibilis: & neque solummodo erat ferè sem-  
per lecto, sed amicos etiam qui veniebant  
ad eum adspiciendum, præ pudore cælabat)  
propter hæc laborauit scire diligentius, vt  
pudet certè renunciare domino suo, quo  
ille quoque forte per eum sanitatem coas-  
cueretur. Inuenit ergo rursus Dominum  
in eisdem locis mortuos excitantem, cœcis  
vulum donantem, claudos ad ingrediendum  
iugros efficientem, sanosque & firmos red-  
dentes omnes, qui aliqua laborabant infir-  
mitate.  
Cap. Postquam ergo persuasum habuit, & a-  
conuencha-  
pote cognouit hæc fieri à Domino, ea Abaga-  
ro muelius significauit: & pluribus ea, quæ vi-  
derat & audierat, edocuit. Quamobrem vt qui  
erroc transitu comparasset maiorem, quāna  
quæ ei commissa fuerat, & vt qui bona affer-  
mavit, renuncia, benignissimè fuit exceptus, & ha-  
bitus fuit unus ex maximè bencuolis. Et quo-  
niam

273 COLLATION. SACR.  
niā qui alicuius rei desiderio tenet, tan  
quam rapinam existimat, si quod promissum  
fuerit, differatur, re, quæ narrantur, & spei  
hominem excitante: vehementique studio ne  
citatur ad venandum id, quod significati su  
rit: idcirco est Abagarus excitatus, ut literis ei  
accerteret, qui talia dicebatur posse curare. Si  
protinus scripsit ad Dominum eam, quæ via  
que circumfertur, epistolam: Abagarus Te  
parcha Edessæ, Iesu Salvatori, qui bonus exo  
tus est medicus in ciuitate Hierosolymorun  
salutem. Auditione accepi de te, & de tuis co  
rationibus, ut quæ à te fiant sine medicame  
nis & herbis: & ut fertur, cœcos facis videre,  
claudos ambulare, leprosos mundas, immo  
dos spiritus & dæmones expellis, & mortu  
qui diuturno fuere morbo vexati, & mortu  
excitas. Cum autem hæc omnia de te audiu  
sem, duorum alterum mihi venit in memori  
ut cogitarem, vel te esse Deum, & cum è rati  
descenderis hæc facere: vel te esse filium De  
Propterea ergo ad te scribens rogaui, ne ge  
ueris ad me venire, & morbum, quo labo  
curare. Etenim audio Iudeos aduersus te ma  
murare, & velle tibi malefacere. Est autem mi  
hi ciuitas minima & honesta, qua virtus  
nobis sufficiet, ut in pace in ea habitemus.  
Quoniam ergo Ananias, & suæ in Domini  
benevolentia aperta præbuerat inditia, &  
rectè sciebat, & purgandi artem callebat,

R A R.  
netur, tan  
promisum  
& spei  
te studio in  
ificauit su  
yt literis  
le curare. E  
m, quaz v  
bagarus T  
bonus ex  
olymorun  
& de tuis c  
medicame  
facis vident  
das, immunit  
& eos carcer  
i, & mortua  
de te audire  
it in memori  
& cum è rad  
e filium De  
gau, ne gr  
, quo labo  
erluste me  
st autem m  
qua vtrisq  
a habitem  
n Domini  
nditio, &  
a callebar,  
eum ad Iesum talem misit Epistolam, man  
dansci, vt si literis Christo persuadere non pos  
sa, vt ad ipsum veniret, eius quidem certè for  
mesimilitudinē accurate descriptam ad eum  
defret, non solum per auditum, sed etiam  
per visum, qualis sit hic magnorum opifex  
miraculorum.

cō. 4. Cūm autem qui missus fuerat, perue  
niſſer in ludāam, inuenit Christum sub dio  
differentem cum populo, qui confluxerat, &  
prodigiosē faciente insignia miracula. Cūm  
vero propter multitudinem eorum, qui pro  
pertiuerſa, quibus opus habebant, venerant,  
noa posset Ananias Iesu appropinquare, in  
quādam petram, quæ parum eminebat à ter  
ri, nō procul à loco, in quo Iesu versabatur,  
adſcendit & aſſedit. Et cum ei fuit manifestus  
IESVS, quem populus abscondebat, ceteros  
qui ſupereminiuit, statim in illum quidem o  
culos, in chartam autem manum defigebat, &  
qui cernebatur, describebat similitudi  
nem. Hæc autem cognouit Iesu ſpiritu, &  
cum Thomam acceſſisset: Vade, inquit, in il  
lam locum, & hominem, qui ſedet supra pe  
ram, & meam formam describit, adduc ad  
me, efferen tem etiam, quam habet ad me epi  
ſolam, vt id impleam, quod præcepit is, qui  
misit. Vadeus ergo Thomas, & cognoscens  
Ananiam ex eo quod audierat, quid eum eſſer  
inueniuntur facientem, duxit ad Iesum. Priuſ

N           quam

290 COLLATION. SACRARIUM  
quām autem ab eo acciperet epistolam, dicitur  
ei Christus causam eur ad se venisset, & qui  
contineret epistola. Deinde cūm eam accep-  
set, & perlegisset, alteram epistolam rescripsit  
ad Abagaram his verbis: Beatus es, o Abaga-  
re, qui in me credidisti, cūm me non video.  
De me enim scriptum est, quod qui me video  
runt, in me non credunt: & qui non video  
ip̄si credent, & viuent. Quod autem ad me  
scripsisti, vt ad te veniam, oportet me hic con-  
nīa implere, propter quāe huc sum misse.  
Et postquām impleuero, assumi ad eum, q̄  
misit me, patrem. Postquām autem fuerō ad  
sumptus, mittam ad te vnum ex meis discipu-  
lis, qui tuum morbum curabit, & vitam aeternam,  
& pacem tibi præbebit: & tua cura  
cauebit, vt nullam eam possit superare inimicus.

Cap.5. Cūm Ananię Christus eam trādi-  
epistolam, quoniam videbat eum sollicitum,  
vt alterum domini sui exsequeretur mazel-  
lum, nempe vt ad eum deferret illius formis  
similitudinem, cūm aqua faciem ablūfisse  
deinde humorem, qui ex ea descendebat,  
dato ei mantili absterrisset, diuinè prouidie-  
supra rationem, vt eius figura in eo impun-  
teretur, & cūm eā tradidisset Ananię iussisse  
Abagaro, vt & eius solaretur desiderium  
morbum reprimere. Postquām ergo cum  
reuerens Ananias, peruenit ad ciuitatem Padi-

LIBER III.<sup>1</sup>

291

opolitanorum, quæ Saracenorum quidam  
voce dicitur Membich, Syrorum autem Ma-  
bus, cumque extra eam ciuitatem diuertisset  
adoleſcens, in cumulo tegularum recenter fa-  
tum, qui illuc iacebat, sacrum illum pan-  
num occultauit. Circa mediam verò noctem  
vibus est ignis plurimus illum locum in or-  
bem circundare, adeò ut intra ciuitatem vide-  
tentur omnia circum circa ardere, & de se iam  
timentes, exirent, ut inquirerent de eo, quod  
videbatur, incendio. Illic autem inuentum  
comprehenderunt adolescentem, ut qui hoc  
admisisset facinus, & de re eum sunt sciscitati,  
& quisnam ipse esset, & quò iret, & vnde ve-  
niret suar percontati.

Cq. 6. Cum vero dubius animi esset adoles-  
ces propter alienam criminationem, tunc de-  
clarauit vndenam esset, & vnde veniret, &  
quid adserret: & significauit se deposuisse in  
tegulis, id quod aſſerebat, vnde etiam visa est  
flama accendi. Statim autem volentes illi  
scire veritatem eorum, quæ dicebatur, cùm  
locum eſſent perſcrutati, inuenierunt non ſo-  
lum id, quod ab adolescenti Anania erat repo-  
ſitū, ſed etiam in vna, quæ propè erat, tegula,  
diuina aliam expreſſam effigiem, admirabili-  
ter, & ſupra quam poſſet conſequi intelligen-  
tia, cum quæ deſcripta non fuerat forma, in te-  
gula, cōtexta tela cōſcripta fuſſet. Quod cùm  
vidiſſent pleni ſupore, & admiratione, pro-

N 2

pterea



292 COLLATION. SACRARI

ptereā quod ardēns ignis nūquam esset  
uentus, sed ex claritate, quæ erat in form  
flamma visa esset, emitte tegulā quidem,  
in se diuinam expressam habebat effigiem,  
pudse detinuerunt, tanquam aliquem sacrum  
& preciosum thesaurum, ut qui ex eo con  
viderant conieccissent diuinam, quæ in ea ex  
operationem: primū autem exemplar, & e  
ministrum veriti retinere, miserunt ad Ag  
garum. Et nunc conseruatur & in honore  
betur apud ei⁹ populi habitatores forma,  
est in tegula, non descripte formæ non de  
pta, & non manufactæ non manufacta. An  
nias autem cùm concessisset iter sibi propo  
tum, aperuit Domino ea, quæ interim fu  
sunt, ei etiam redditis salutaribus, quæ affi  
bat, symbolis.

*Cap. 7.* Et hoc quidē est, quod dicitur plu  
bus quod neque remotum est à probabilitate  
neque bonis eget testibus. Caterū horum  
que exponā, ne quis suspicetur, me, dum ex  
id ignorem, tenuisse alterum. Neque ornati  
est mirū, in tanto tempore sæpè errare hu  
omnes consentiunt, & consententur, ex la  
dominica admirabiliter in linteo suisse fa  
ciam expressam; in nonnulla autem rei  
cumstantia, seu in tempore differunt, que  
quidem nihil lœdit veritatē, seu prius faci  
sit seu posterius. Sic autē habet alterum q

que, quod dicitur. Cum, inquiunt, esset Christus iurus ad salutarem passionem, quando humanam ostendens imbecillitatem, visus est animo anxius, & orans, quo tempore eius quoque sudorem tanquam guttas sanguinis distillasse significat Euāgeliūm, (Luc. 22.) tunc dicunt eum, cum accepisset à quodā ex discipulis hoc, quod nunc videtur, frustum linteī, fūllantes imbris in eo abstersisse, & statim fuisse expressam hanc, quæ videtur, diuinę illius formā effigiem. Quod cū apud Thomam depoluisset, postquam ascēdit in cælos, per Thadēum iussit mitti ad Abagarum, implens id quod erat ei literis pollicitus. Postquam ergo assumptus esset in cælos Dominus noster Iēsus Christus, dans Thomas Thadēo non menu descriptam Domini nostri faciei effigiem, misit ad Abagarum.

Cap. 8. Cum ergo Thadēus peruenisset Edesiam, manū primū apud quendā, qui illic erat, Iudeum, cui nomen erat Tobias. Et ante sermones ex factis volens Christi discipulus sciēt errare habere preceps, ut, ex factis suis, utem res ceteras, quae erunt, quae prius facta fuerint, quae alterum.

N 3 tur

294 COLLATION. SACRARI  
eur Abdu, illic scilicet Christi Apostolorum.  
Cum itaque apud se cogitasset et ex caspe, quae  
in ipso habitabat, hunc illum esse, quem Iesu  
suis literis pollicitus est, se ad eum missum  
& cum de Thaddeo ipso didicisset et perfidus  
iussit ut ad se adduceretur. Veniens ergo Ioseph  
bias, significauit haec Apostolo. Ille vero dixisset  
dixisset se in virtute aedem esse missum, deinceps  
venit ad Abagarum. Cum autem aedem  
cōspectum eius esset apparitus in sua fīce  
te, tanquam in columna, appensa ea Domini  
Iesu, quam diximus similitudine, sic ingredi  
est ad Abagarum. Is vero cum ipsum proce  
vidisset venientem, visus est videre lucem ma  
jorem, quam ut eam ferre posset ad spectandum  
diosque emitteat, quæ ex eius vultu exhal  
bat. Prodibat autem ab effigie, quæ erat em  
posta. Quamobrem insigni luminis splende  
re obstupefactus, & veluti corum, quæ libato  
ciderant, oblitus, & diurnæ membra  
paralysis, è lecto exsiliit, & resoluta membra  
coegerit eum currere obuiam. Eique idem accid  
sed alio modo, quod iis, qui in monte Thabor  
resplendentem formam Domini videuerunt.  
Cum ergo ab Apostolo eam accepisset et  
grem, & capiti, labris, & oculis eam impo  
set, & nec alias quidem partes corporis co  
tactu priuasset, illicè cognovit omnia mem  
mirandum in modum roborari, ut quæ m  
gationem in melius susciperent, lepromi  
purgata

purgatam & fugientem, etiamsi in fronte eius  
aliquæ adhuc paruae restarent reliquiæ. Cum  
autem verbum veritatis ab Apostolo didicis-  
serat Petrus, & de Christi, quæ opinionem su-  
pererant, miraculis, diuinisque passionibus, &  
sculptura, & resurrectione à mortuis, & as-  
sumptione in cælos, perfectè audisser, & con-  
fessus fuisset Christū verum esse Deum, cum  
rogauit de forma in linteo impressa, quando-  
cuidem propius adstantis cognovit eam nō cō-  
sistere per colores materiales: & stupebat eam,  
qua in ipsa erat, virtutem, quæ fecit, ut admi-  
rabiliter electo surgeret, & connumeraretur  
inter sanos. Adhæc Thadæus declarauit rem-  
pusangoris animi, & eam, quæ ex sudore sive  
color facta est, transformationem, & vt ad  
ipsam veniret, iussum Domini, & alia quæ-  
cumque præcedens narrauit historia.  
¶ Postquam ergo & ex his, & ex imposi-  
tione manuum Thadæi in nomine Iesu Chri-  
stica, qua dolorem affreabant, recesserunt, &  
quætrant dissoluta, quodammodo cōstringe-  
bant, & deformitas dispergebatur, & omnia  
reddabant ad sanitatem: Abagarus in maximam  
omni ex parte adductus admirationem: Re-  
veta, inquit, verus es & germanus IESV filij  
Deidisceplulus, qui curabat sine medicamen-  
tiis & herbis: Ego tanta in eum sum deuinctus  
chainate & fide, vt nisi ego reverer summam  
Romanorum potentiam, qui non permittunt

296 COLLATION. SACRAR.

iis, qui sunt subiecti corum imperio, contraria  
inuicem arma capere, fortiter aduersus Iudeos,  
qui crucifixerunt Dominum arma mortis,  
& eos subegisset. Nunc autem quoniam  
didici eius passionem fuisse voluntariam, &  
persuasum habeo, quod nisi voluisset, ingeni  
in eum nullam habuissent potestatem, nolli  
quero amplius. Rogo autem ut diuinum quo  
que consequar baptismum, & cum tota domi  
Domino Christo reddar familiaris. Cum re  
que multa prius effecisset miracula Domini  
Apostolus, & omnes curasset a morbis suis, pa  
ter quos is erat etiam, qui primus de co  
mam retulit ad barbarum, quem liberauit  
podagra, adduxit Abagaram ad diuinam pilosa  
nam: & cum in eo ea fecisset, quæ sunt de mo  
re, baptizauit eum, & vxorem, & filios, & om  
nes, qui erant in eius domo. Et egressus est  
diuina hac aqua expiationis totus mundus de  
sanus, repente deletis iis quoq; paruis leproso  
liquiis, quæ erant in eius fronte. Hinc factum  
est, ut omnibus modis colens & adorans hum  
formæ Domini effigiem, hoc quoque alii  
adiecerit Toparcha.

**Cap. 10.** A veteribus Edessæ habitatoribus  
mago cuiusdam Dei insignis ex diis gentilium  
polita erat ante portam publicam ciuitatis  
quam necesse erat adorare omnem, qui vo  
luerat ingredi ciuitatem, & quasdam preces re  
dere constitutas, & sic intrare vribis vias & v

RAR.  
o, contra  
ersus lude  
rma moue  
n quoniam  
tariam, &  
sser, ingre  
arem, nra  
ainum que  
i tota dom  
is. Cum in  
ala Domini  
orbis suis, i  
us de co fa  
n liberant  
uiuinam prefe  
sunedemo  
filios, & ote  
gressus efi en  
s mundas at  
uis leproso  
linc factam  
dorans han  
uoque a  
tatoribus  
s gentilium  
n cintiam  
n, qui vo  
preces re  
is vias &  
LIBER III. 297  
cos. Hanc ergò eām tunc diruisset Abagarus,  
& omnino deleuisset, in eo loco, ybi erat posi  
ta, hanc non manu factam Domini nostri Ie  
su Christi imaginem cū in tabula congluti  
nasset, & hac, quod nunc videtur, auro orna  
set, posuit, hæc verba in auro inscribens: Chri  
stus Deus, qui in te sperat, à spe non excidit. Et  
statuit, vt quicunq; per illam portam erat trā  
stinus, pro illa veteri inutili columnā, eum  
quem par erat cultum & honorem qui debe  
tur, & adorationem tribueret longè admirabi  
li, & miraculorum effectrici Christi imagini,  
& sic ingredere tur ciuitatē Edessæ. Itaque con  
scrutatiū est hoc huius viri pietatis expressum  
monumentum, & Deo dedicatum donarium,  
donec in hoc vitæ incolatu mansit Abagarus,  
& eius filius, qui regni simul & pietatis pater  
næ fuit successor. Cæterū corū filius & ne  
possuit quidē successor paterni & auti impe  
nū: non fuit autem hæres etiam pietatis, sed  
in pietatem calcibus, vt ita dicam, insultauit,  
& ad dāmones & ad idola transfugit. Quam  
obrem dāmones quoque veluti remunerans,  
voluit, quoniam eius auus idolicam illam  
deleuit imaginem, eandem afferre condem  
nationem Domini imagini. Sed quod capta  
bat, minimè est affecitus vir fraudulentus.  
Nam cum hoc præsciuissef loci Episcopus, ea  
qua ipsi licuit vslus est prouidentia. Et quoni  
am locus, in quo sita erat imago, scrubabat fi

N 5 guram

guram hemisphaerij, speciem cylindri re-  
xentis, accensa ante imaginem lucerna & in-  
posita à tegula, cū calce & coctis lateribus ob-  
struxisset loci ambitum, redegit murum in  
planam superficiem. Cū igitur non vides  
tut diuina forma, destitit ille amplius à co-  
tu. Ideo autem, vt arbitor, statutum est a le-  
cerdote, vt ante imaginem poneretur tegula  
& ex humore calcis, in esset in linteo imagi-  
receptaculo, & ex diuturnitate temporis al-  
quid damni acciperet.

*Cap. ii.* Fluxit itaque multum temporis, &  
hominum effluxit memoria sacra huius ima-  
ginis in columna erectio, ac eiusdem abscon-  
sio. Postquam autem suo tempore Chodri-  
cx Persarū, Asiae ciuitates diripiēs, venit eti-  
mouit machinam, & omne comparuit instru-  
mentum, aptum ad oppugnandum ciuitatem.  
(Fabricatus est namque omnia, quæ perirent  
ad emitenda tela, conquassandos muros, &  
confringendas portas) in tantum periculum  
adducti Edesseni, ipsi quoque excogitaver-  
unt poterant, ad sui defensionem. Misere-  
autem legatos quoq; ad petendum auxilium  
à ducibus Romani exercitus. Ilion vero, &  
runc præterat Romanis copijs, & per se ver-  
batur ab hostibus, non poterat Edessenis mi-  
cere auxilium. Litteris autem addebat animu-

epistolam  
veram  
quam  
non di-  
inua-  
dias. E-  
bant p-  
vero p-  
effici-  
manifa-  
vibem  
berari  
sublim-  
pulsan-  
ergopl-  
exten-  
ues, ad  
dis & l-  
tem ap-  
mulier-  
bianic-  
Christi-  
& cum  
xit, vt  
cola. E-  
rate; an-  
Tunc  
tu: So-  
modo  
Ca. 12:

RAR.  
lindri re  
cerna & in  
ateribus ob  
murmum in  
non violen  
lius à coac  
um est à se  
etur regula  
itu adiutor  
eo imagin  
emporis a  
nporis, & c  
x huius ima  
dem abscon  
re Chodrea  
es, yeult ca  
tus, omnes  
irauit iuliu  
m ciuitatem  
ux pertinac  
s muros, &  
i periculis  
ccogitabat  
n. Miseru  
m auxiliu  
on verò, q  
per se ven  
tlessensis m  
at animum  
epit

LIBER III. 299

epistolam Domini reuocans in memoriam, &  
veram, quæ est in ipsa prolata sententiam, per  
quam dicitur, & creditur fore ut conseruetur  
non direpta ciuitas. Persæ autem cum aperta  
inuasione occultas quoque moliebantur insi  
dias. Et cum procul cœpissent fodere, cogita  
bant per cuniculos ingredi ciuitatem. Cum  
vero perinde ac quidam virinatores sub terra  
essent intra muros, extali causa contigit, vt  
manifeste fierent insidiæ ijs, qui erant intra  
vibem. In illa enim vrbis partæ habitabat fa  
beratis intra muros, cuius vasa ænea in domo  
sublimia sonitum emiserunt, Persis sub terra  
pulsantibus, & pulucrem effodientibus. Cum  
ergo planè essent inopes consilij, & essent ad  
extremam redacti desperationem Edesseni ci  
ues, ad Deum confugiunt, & cum dolore cor  
dis & lachrymis ipsum exquirunt. Noctu au  
tem apparet Episcopo (erat vero is Eulalius)  
mulier quædam honesta & moderata, præ  
fation, quæm vt homo esset, ei consulens, vt  
Christi nō manufactam acciperet imaginem,  
& cum ea faceret supplicationem: foreque di  
xit, vt Dominus omnino sua ostendat mira  
cula. Episcopus autem dicebat, se omnino igno  
rare sit apud ipsos, an apud alios ea imago.  
Tunc dicit ei, qui in mulierebri apparebat habi  
tu: Supra portam ciuitatis, in hoc loco, hoc  
modo absconsa fuit hæc imago.

ca. 12. Manè ergo Episcop⁹ euidēti visione fre  
N 6 tus

300 COLLATION. SACRARIUS ad locum veniens cum precibus, & perscrutans, inuenit hanc diuinam integrum & incorruptam imaginem, & lucernam, quae coannis non fuerat extincta: & in tegula ante cernam imposta ad eius custodiam, aliam expressam similitudinem similitudinis, quae a hodiernum diem conseruatur Edessa. Cum ergo sumpsisset in manus hanc diuinam Chresti, qui est DEVS & homo, effigiem, melioris conceptam, venit ad eum locum, in quo Persae fodientes ex aeris sonitu deprehensi fuerant. Et cum coepissent ciues fodere intus secus, ubi sibi inuicem appropinquauerunt, illa lucerna oleum instillantes in ignem, quae fuerat eis paratus aduersus inimicos, & missa contra Persas, qui erant in cunctis, omnes perdididerunt. Et cum hinc liberari contab infidis, eadem usque sunt experientia aduersus machinas, quae erant extra muros, & eas repente combusserunt, & multos confundierunt ex iis, qui erant in eis, hostibus. *Nicep. Callist. lib. 17. cap 16 hist. Ecclesiast.*

Iam autem effecti fidentiores, lapides quodam exercitus hostium contigit interimi, & alios multos cum eo. Nec id solum, sed etiam ea, quae extrinsecus a Persis accensa fuit, peraduersus eos, qui erant intus, quam oleorum & multarum aliarum, quas immiserant, arborum alebat infinita materia, effectit diuinam imaginem.

RAR.  
us, & p  
tegram  
m, quæto  
la ante lu  
allame  
nis, quæ  
sia. Cum  
inam Ch  
m, melior  
in quo Pe  
chenisi fu  
ere inten  
auerunt, et  
ignem, qu  
s, & imm  
cuniculo,  
liberari es  
erientia ad  
muros, &  
os consum  
ibus, (Vide  
st.  
pides quo  
cem que  
nterim, &  
sed etiam  
fuit, pyra  
n olearum  
rant, arbo  
it diuin  
imagine

LIBER III. 302

imaginis auxilium ferrentis virtus, ut contra ipso esset qui accenderant. Postquam enim ex alto Eulalius eam è muro suis explicasset manus, & obiret ciuitatem, repente cum peruenit ad hunc locum, ventus vehemens excitatus aduersus eos, qui hunc rogam accepcebant, flammarum conuertit: quæ eos persecuta fuit & exuissit, sicut olim Chaldæos. Daniel, 3.

Cp. 13. Non sunt hæc miracula nullis approbata testibus, aut oratione composita ad aures oblectandas, aut à nobis conficta deceptio: sed tres simul Patriarchæ, Iob Alexandrinus, Christophorus Antiochenus, & Basilius Hierosolymitanus hæc scripserunt, & hæc ita se habere significarunt Theophilo Imperatori, quis sacras imagines iniuria affecerat: quando multis ostendentes, quæ sunt sacræ & venerandæ imagines, de hoc quoque tractarunt. Littera autem ei, qui velit, ipsam prolixam legere epistolam, & id discere. (Videat lector 2. Nicenæ Synodi actionem 5.) Sed Euagrij quoque Ecclesiasticam si quis diligenter legerit historiam, sciet omnino, quænam de hac sacra imagine nancetur in quarto libro. Sribit enim quod cum aliis de causis, Chosdroë, tum ob eam potissimum rationem exercitum duxerit, ut aperte ostenderet, esse falsum, quod à Christianis de Ecclesia iactabatur ciuitate, eam non posse expugnari ac diripi. Qui cum magnam lignorum

N 7 rum

302 COLLATION. SACRAR.  
rum struem, & penè infinitam, breui manu militum coégisset, & ea circumflexisset aduersus muros ciuitatis: deinde se ram in medium eorum iniecisset, & alium murum ei ex aduerso ædificasset, sicut ab aliis muris Edessæ. Et sic ex superibus locis, & supra modum dexteris, erat mox tela emis-  
sus aduersus eos, qui pericula adibant, pro-  
vitatis defensione. Quod quidem cum vide-  
rent Edesseni, aperte veluti montem excus-  
aduersus mœnia, per quem tanquam expi-  
no, credebant, hostes esse ingressuros ciu-  
tem, et si planè essent perplexi, & nescire  
quid agerent, machinantes tamen ipsi quo-  
quæ poterant, aggrediebantur ducere fossas  
ante murum illum recenter factum, ut si pos-  
sent attingere vallas, qui erant ante aggerem  
terram in fossam attraherent, & sic magnus  
le murus, tanquam somnio effictus eis po-  
sundaretur & dissenseret. Postquam autem ab-  
soluta quidem esset fossa, ignem vero im-  
mittentes, à scopo aberrarent, nec posse  
ignis propterea, quod terra erat conspara-  
li na adhuc viridia, aliquid apprehenderet  
cum hanc sacrant imaginem in illam recente-  
ductam fossam tulissent, & ex ea aquam fa-  
cificassent, eaq; rogum & ligna adspersissim  
efficerunt, ut ignis esset efficax. Et fidei eorum  
qui hæc fecerunt, opem ferente diuina vi-  
te, facta est aqua igni tanquam oleum, &

CRAR.  
oreui m  
circumci  
deinde re  
, & aliu  
, fuit ali  
as loci, &  
tela emul  
ant, pro i  
n cum vidi  
tem excusa  
uam exp  
uros cuius  
& nescire  
n ipli quo  
cere fusi  
m, vili po  
te aggre  
e magnus  
tus cito p  
n autem a  
ero in leg  
, nec posse  
onstipata,  
pichendan  
am recent  
aquam la  
dperifilis  
fidei cora  
juina vir  
um, & ce  
cere

LIBER III. 303

cendit flammam, & consumpsit quidquid ap  
prehendit. Tunc ergo rex Persarum desperans  
forte, ut vrbis caperetur, cum didicissent unde  
nem haberent auxilium, processit ad incundā  
cum eis conuentionem: & percutto fēdere pa  
cis, reuersus est in suam regionem.

Cap. 14. Erat autem ipse quodq; haud ita longo  
post tempore beneficium affecutus ab hac sa  
cia imagine, quae hostes eius beneficio affe  
ra, & suos de medio sustulerat. Eius enim fi  
lia, quā dæmoniacus inuaserat spiritus, & ex  
cesserat à statu, qui est secundam naturam,  
afflita clamabat ab eo vexata: Nisi venerit  
Idella imago non manufacta, id, quod in ea  
habitatur, non esse egressurum. Quod cum  
rex audiisset, & quae in obsidione cuenerant,  
considerasset: Neque enim cum latuit, quae  
repenitē exstitit virtus admirabilis & audacia  
(Edessanorum) scribit statim ad præsidem ci  
uitatis, & ad Metropolitanum Eulalium, & ad  
commune ciuitatis, ut statim ad eum mittere  
tur diuina & maximæ virtutis, effigies: adi  
cions etiam causam, nempè filiæ calamitatem,  
& opimino rogans & instans, ne frustaretur  
petitione. Illi autem Persicos mores suspectos  
habeentes, & timentes, nec rex Persarum vellet  
eotū vires dolo surripere, & cauentes, ne eam,  
in cuius erant tutela, & quae eos beneficio affi  
ciebat, perderent, nec eorum prætextu initam  
pacem soluerent, capiunt consilium præders,

M & eis

304 COLLATION. SACRARI  
& eis vtile. Cum itaque omnino aequaliter  
quoad eius fieri potuit, similem non depictam  
depictam effinxissent imaginem, mitius a  
eum, qui petierat. Postquam autem fuerunt  
tra fines Persicis iij, qui afferabant imaginem  
statim per filiam regis exclamauit demum, his  
tim exiturum, & mutaturum esse habitacionem  
propter eius, qui venit, potentiam, si modis  
ueratur, quae accessita fuit, imago, & non  
propinquet regie, neque ciuitati Persepoli. Quia  
a rege magnopere contendebat, & ab eo fu-  
plex petebat. Cum rex autem esset pollicis  
egresso epuella dæmon, & regis filia sancta  
restituta, Chosdroë, siue implere volens da-  
monis petitionem, & confirmare quod era  
pollicitus, siue eius, qui veniebat, extimescebat  
potentiam propter malos & scelestos hos me-  
res, misit qui iuberent, ut hæc imago reueneret  
in suam ciuitatem, è qua exierat, ad eam  
a se missis donis ad eos, qui eam miserantur.  
ergo apud Edessenos haec preciosæ opes, nichil  
rus, qui non potest exinaniri, imago illa prima  
ria, & non depicta, quæ semper ab eis honora-  
batur, & eos vicissim custodiebat.

*Cap. 15.* Postquam autem ad hanc urbem regi-  
nam vndique confluxerunt, que sunt optima &  
pulcherrima, eratque Dei voluntas, hanc quo-  
que sacram imaginem hie recondi cum aliis the-  
sauris: Romanus, qui erat Romanorum Domi-  
nus imperij, studium adhibet, ut per ipsum  
uitarum

CRAR. 305  
equalem.  
non depin-  
t, mittit a  
s fuerunt  
imagine  
demos fide  
habitan-  
, si modis  
, & non ap-  
farū. Qua-  
Se ab eo fu-  
et pollicin-  
filia sanguis  
volens da-  
e quod era-  
extimelcens  
dos suos mo-  
go reuene-  
rat, adieci-  
serant. Eas  
opes, chela-  
o illa prima-  
eis honora-  
rbium regi-  
t optima  
, hanc quo-  
m aliis tre-  
um Dom  
ri ipsum  
uitatus

LIBER III. 305  
uitatum regina hanc consequatur, Diuersis ex  
temporibus mittens Edessam, petebat, vt  
eacum epistola, quā Dominus sua manu scri-  
perat, ad eum mitteretur: & promittebat, se  
contra eis daturum in permutatione Sarace-  
nos numero ducentos, & argenti signati duo-  
decim millia: Edesseni autē dicebant sibi non  
conducere, suae ciuitatis custodem & conser-  
uaticem argento & hominibus mortalibus  
permutare. Cum autem sāpē petendo insta-  
re, illi verò sāpē preces reijerent, tandem sexi-  
e millesimo quadringentesimo secundo an-  
no ab origine mūdi, misit Ameras Edessenus,  
rogans, vt scripta cautione per aureum signa-  
culum, quod haberet firmatatem, fide iuberet  
Imperator, non esse Romanorum exercitus  
hostiliter inuasuros quatuor ciuitates: dico  
autem Rhocam, quam vox barbara vocat E-  
dessam, (Charran,) Charam, Saroze & Samo-  
sa: neque ex corū agris prædas esse acturos,  
aut est, qui in illis habitant, redacturos in ca-  
piuitatem: tradendos autē esse sibi ducentos  
Saracenos ex contribulibus cum ea, quæ prius  
fuit promissa, quantitate pecuniae. Quod si fa-  
ceret, seiret se ad eum missurum illam, quæ  
quarrebatur, imaginem & CHRISTI epi-  
stolam. Imperator verò, eius boni desiderio  
concedēs omnia quæ fuerant proposita, cum  
dedisset ea, quæ petebantur, misit Abramium  
DEO charum Somosati Episcopum, qui illo  
tempore

tempore h̄ic aiebat, ad diuinam illam sub-  
piendam imaginē & Christi Dei nostri epist-  
lam. Aduertens autem & qui misit, & qui ca-  
minister, ne in ea tradenda callide deciperet  
tur, & pro non descripta & vera tradiceretur  
quæ tunc fuit descripta propter Persicum  
sum, has ambas cum alia, quæ celebatur in  
Ecclesia Nestorianorum, quæ ipsa quoque nō  
est verisimile, sumpta fuerat ex prima, quæ  
tas accepit ad fidem faciendam. Quæ rursum  
sunt redditæ, retenta sola principali & vero.  
Sed hoc quidem postea.

**Cap. 16.** Tunc autem excitabatur magno stu-  
multus à fidelibus, qui erant Edessa, vt qui nō  
sinerent à se auferri, quæ erant pretiosissima,  
& propugnacula eius, quæ ipsis tukar, ci-  
uitat's: donec præfectus Saracenorum, aliis  
quidem persuasis, aliis verò coactis, alijs etiam  
minis mortis territis, effecit, vt ea tradentur.  
Cum autem tonitrua & fulgura cum pluia  
vehementissima, diuina prouidentia subi-  
erupissent, dum Edessa esset exitura imago &  
Christi epistola, rursus mouebantur illi, quod  
ea prius retinebant, & affirmabant Deum  
quæ siebant, significare, diuina voluntate na-  
tiorum. Sed cùm Præfectus Saracenum, pe-  
nes quem erat vniuersa potestas, statuerat  
standum esse conuentis, & implendum  
promissum, egreditur è ciuitate effigies p-

cioſiſſim

ſerebatu

ca cereb

rufus tr

nor. Ed

ſtenſu

dimite

tas. Dat

les, &amp; te

proposi

eſſtein

cam ſo

imagine

tioſa ter

ſine tem

beret, ap

gubern

dem on

ut &amp; ac

concede

Samofa

Etant a

ſex, &amp;

religiō

ministe

Hic cu

lie faci

Et mñ

cula a ſ

eaim, e

R.A.R.  
illam subi-  
ostri episo-  
, & qui era-  
e decepere  
deretur a  
exsiccum-  
lebratur in  
quoque  
ima, quoz  
Qua rufi-  
ali & ven-  
magnesce-  
z, vi qui no-  
ctiosissima-  
s tulerat, &  
orum, aliq-  
s, alijs citam-  
i traducerat  
cum pluia  
utia (dabo  
a imago, &  
neur ii), qu-  
et Deum id  
luntate uer-  
oco transla-  
enorum, pe-  
, statuer-  
lendum et  
closifugies p-  
ciofissima

LIBER III. 337

eiōfissima, & epistola à Deo scripta, & hoc af-  
ferebatur. Et viam quidem confidentes ij, qui  
ea ferebant, peruenierant ad Euphratem: &  
rurus tumultus excitatur, nullo priorum mi-  
nor. Edessenis dicentibus, quod nisi diuinitus  
ostensum fuerit signum aliquod, nullo modo  
dimittent id, qno continetur eorum securi-  
tas. Datur ergo eis signum, cum essent infide-  
les, & tentarent. Nauis enim, cum qua erat eis  
propositū transmittere Euphratē, cum adhuc  
esse in portu in partibus Mesopotamiae, vbi  
cum solum ingressi sunt Episcopi diuinam  
imaginem afferentes & epistolam, cum sedi-  
viola tempestate adhuc retinerentur, repente  
sine remigibus, sine eo, qui gubernaret aut tra-  
hiceret, appulit in terram, quæ erat ex aduerso,  
gubernata sola diuina voluntate. Quod qui-  
dem omnes, qui conuenerant, stupore imple-  
uit & admiratione, & persuasit, vt non inuiti  
concederent emisionem. Hinc perueniunt  
Samosata ministri eorum, quæ ferebantur.  
Eran autem Samosatorum & Edessæ Ponti-  
fex, & eius primus presbyter, & alij quidam  
religiōsi Christiani, cum quibus vna erat etiā  
minister Amerae, qui Romam reuertebatur.  
Hic cum aliquot dies esset morati, multis il-  
lic factis miraculis, rurus iter sunt ingressi.  
Et rurus in via numerabilia siebant mira-  
cula à sacra imagine & Christi Epistola. Cœci  
eum, ex improviso adspiciebant: & claudi red-  
deban-

debantur sani, & membris integri: saltabant  
qui longo tempore lecto decubuerant, & sa-  
fiebant, quibus erant manus arida, & (vt se-  
mel dicam) fugabatur omnis morbus & infi-  
mitas: & qui sani erant, Deum glorificabant,  
& laudabant eius admirabilia.

*Cap. 17.* Cum autē multū vię consecrissent, re-  
niunt etiam ad sanctissimae Deiparæ mona-  
rium, quod vocatur Eusebij monasterium: quo  
quidem est in loco, qui dicitur Optimatum.  
In templo vero huius monasterij, quo par-  
it honore, reponitur capsula que miraculorum  
effectricem tegebat imaginem: & multi qui  
accesserunt pura & sincera affectione, cura-  
sunt à suis morbis. Quo etiam venit quidam  
vexatus à dæmone: quo tanquam instrumen-  
to vtens malus spiritus, & multa per ipsum e-  
loquens, quæ pertinebant ad laudem imagini  
& epistolæ. (Nam olim quoque, (Mat. 1. 18.  
4.) Nouimus quis sis sanctus Israhel, dicens:  
qui erant earuadem cum illo partium handi  
hæc quoque est quasi vaticinatus: Accepte, d-  
icens, ô Constantinopolis gloriam & leticiam  
& tu Constantine Porphyrogenite tuum im-  
perium. His dictis fuit homo curatus, & his  
tim liberatus à vexatione dæmonis. Horum  
autem, verborum fuerunt multi testes. Non  
cum Imperator misisset obuiam ei, quod de-  
siderabat, magistratus & primos totius scri-  
tus: & multi te ex satellitibus simul cū eis co-

uisserent, fe-  
runt te-  
tant cit-  
denam  
enim c-  
na glo-  
tenbre-  
na vnu-  
nifio ei-  
alim se-  
kent co-  
in diuin-  
cum pro-  
Sed cum  
nisse in-  
mus au-  
Cap. 18.  
te felicem  
matins  
ia Black-  
occurat  
Et repo-  
ias tem-  
& epist-  
cam ex-  
cum ho-  
lampa-  
mem, c-  
plo qu-

uiſſent, accidit ut magiſtri & patricij cum inferioribus ordinibus ea audiēt, & de iſpis ferrent eſtimoniū. Et quoniam quæ dicta fuerant cito euenerant, iure eſt dubitandum, yna- denam præſcientia accesserit ad dēmonē. Non enim creduntur eam ex ſe habere, cūm à diuina gloria exciderint, & pro luce dieti fuerint tenebre. Sed clarum eſt, quod quomodo diuina virtus uſa eſt Balaamo (Num 23, & 24.) mihius eius, quæ tunc ſuit, prædictionis, & alias alius ſapè ea re indignis, ſapienti quoque & ſoleti consilio: ita nunc quoque virtus quæ erat in diuina effigie, uſa eſt dēmonē. Et ideo per eum præſignificauit, quæ mox erant euentera. Sed cum hoc quidem ſic eueneret, cuius memoriæ interim non ſuit fotaffe alienum. Perge- mus autem ad ea, quæ ſequuntur, narranda.

Cup. 8. Decimo quinto mēſis Auguſti de mo- te festū celebrantibus ſemper virginis & D EI maioris Mariae in vñerabili templo, quod eſt in Blachernis, circa crepusculum illuc peruenienti ministri harum rerum preciosarum. Et reponita eſt in ſuperiore oratorio diuini hu- ius templi arca, quæ intus habebat imaginem & epiftolam. Quo venientes Imperatores, eam extra reverenter adorauerunt. Deinde cum honorifice magno comitatu, & multis lampadibus ad regiam eam portassent trire- men, cum ea venerunt in regiam: & in tem- plo quod illuc eſt, & nominatur Phaſos, pro- pterea

310 COLLATION. SACRAR.

pterèa fortasse, quod sicut vestis splendida  
est egrégie ornatum, eam reposuerunt, die  
quenti, qui erat mensis decimus sextus, pie  
reuerenter salutantes eam rursus & adora-  
tes. Illinc sacerdotes, & iuuenes Imperatores  
(sehex enim domi manserat propter corporei  
infirmitatem) cum Psalmis & hymnis & co-  
pioso lumine, per descensum ad mare, eam  
tirem̄ regia rursus imposta prope urbem re-  
migantes, ut quodammodo urbem conser-  
ret per ipsum in mari ingressum, appulerunt  
extra murum ciuitatis, qui est ad occiden-  
tem. Quo in loco egressi ē nauē, pedibus ingredien-  
tes Imperatores, & totus senatus & sacerdotum.  
Antistes cum tota Ecclesiæ congregatione, et  
quo par fuit comitatu, prosecuti, tanquā illa  
arcam, vel potius supra eam, vas deduce-  
bant, quod illa sanctissima & preciosa custo-  
diebat. Et cum, quæ erant extra muros, tran-  
misissent usque ad portam autem, deinde in-  
gressi ciuitatem cum psalmodiis, & hymnis  
sublimibus, & canticis spiritualibus, & infinito  
lumine lampadum publicam celebrantes de-  
ductionem, iter faciebant per medium ciuita-  
tem, sanctificationis & roboris per hoc esse  
participem ciuitatem credentes, illas famulas  
& inexpugnabilem esse in æternum conser-  
uandum.

Cap. 19. Ocioſa autē turba concurrente ad spe-  
ctaculū, homo quidam paralyticus & imbi-

R.A.R.  
lendida,  
runt, die  
extus, pied  
& adoraa  
mperatores  
er corporis  
mnis & co  
mare, can  
e urbem  
n confund  
appuleran  
ccidentem  
ingredien  
e facrorum  
gatione, co  
tangua all  
was deduc  
iosa culto  
uros, trans  
, deinde in  
& hymna  
& infinita  
brantes de  
iam ciuit  
er hoc eis  
llæsamque  
am confie  
nte ad sp  
s & imbu  
cillae

LIBER III. 311

cillus, & qui iam longo tempore suis innite  
bat famulis, surrexit ut videret diuinam  
imaginem transeuntem, qui simulatque eam  
adspexit, præter opinionem sanus effectus, cum  
cognouisset esse confirmatas & corroboratas  
tales suorum pedum, accurrit ambulans ipsis  
pedibus, & exosculatus est capsam imaginis, &  
Deum magnificauit, narras quod in se factum  
fuerat miraculum. Quem cum vidissent om  
nes, qui simul aderant, & verba eius audiuis  
sent, emiserunt gloriam Deo vniuersorum,  
qui semper facit admirabilia. Tam multæ au  
tem lachrymæ præ gaudio sunt profusaæ, &  
tam multæ ad Deum preces & gratiarum acti  
ones factæ sunt ab vniuersa ciuitate, diuina  
imagine & epistola transeunte per medium  
ciuitatem, ut verbis explicari nequeat, ut potè  
quod quæ vidit oculus, non possit consequi  
occhio. Res enim quæ sunt excellentes, pul  
chram est videre, quam audire; solent talia re  
linquere a tergo orationem. Cum ergo ad fo  
rum, quod est ante Augustium, venissent du  
ces huius celebritatis, & à via recta parum de  
clivassent ad sinistram, veniunt ad clarissimum  
templum sanctæ Sophiæ, & intra aditorum  
proprietatorum reponunt preciosam imagi  
nem & epistolam. Cum autem hic adorasceret  
totæ ecclesiæ congregatio, & ut pars est hono  
ratis, illine rursus egressi sunt cum sancto  
Onore, qui peragebat processionem, & cum  
venis-

venissent in regiā, in atrio, quod cognominatur Tricliniū, super thronum Imperatorum quo consueuerunt respondere de rebus mundis, tunc diuinam collocant imaginem, cunctam omnino sanctificari Imperatoriam, simul iustitiam & benignitatē eis planè legat qui in ea sedebant, non immerito credentes. Intensa autem de more facta oratione, post am impletam hinc sublata fuit diuina imago & in prædicto Phari templo, in dextera patrī quæ vergit ad orientem conseruata fuit, & posita ad gloriam fidelium, ad custodiā Imperatorum, & ad tutelā totius ciuitatis & tuis Christianorum.

Sed ō diuina similitudo eius, quæ muris non potest, patris similitudinis. O characteris paternæ substancialiæ. O venerabilis mariæ pulchritudinis Christi Dei nostris! Te cum enim loquor tanquam cum re animata cōserua & custodi semper eum, qui pīctus derat nobis imperat, & tui aduentus meritaria luculentē celebrat. Quem cum tua benignitate ad uitam & paternam sedem extuli, conserua eius germen ad generis successum, & sceptrorum perpetuitatem. Statim cīficūm præbe Reipublicæ. Concede ut nos placentes archetypo tuo Christo Deo nostro admittamus in cius regnum cælestis,

glorifica decet gloriſca  
Amen. Eſebiū ſephoris in Turcim  
imagi- rboiffa  
raculiz M VI  
bona gelia tradi-  
tione fuill  
obendit in quæd  
ſtratus, ja-  
luz, pal-  
ate videri  
hilomini  
per circu-  
lis. Hau-  
dam no-  
fuerit, es-  
menti fi-  
Venice e-  
ad depel-  
conquiri-  
miasce-  
teris ga-

CRAR.  
cognomi  
erorum  
e rebus ma

LIBER III.

313

glorificantes & celebrantes: Quoniam cum  
decet gloria, & oratio, in saecula saeculorum.  
Amen.

Ephesius Cesariensis. lib. 7. cap. 14. Ecclesiast. hist. Ni-  
teporum lib. 6. cap. 15. Ecclesiast. historiae, Gregori-  
us Turonensis lib. 1. de gloria martyrum cap. 21. De  
imagine Christi seruatoris, quam mulier hemor-  
rhoissa a Christo Domino curata erexit, eiusq; mi-  
raculis, item de imaginibus Apost. Petri & Pauli.

C A P . I I .

M Vlarem, quam sanguinis profluvio la-  
borantem, a Salvatore curatam, Evan-  
geli tradiderunt, Cæsarez Philippi ciuem cō-  
fite fuisse, domusque eius in ea etiam nunc  
ostenditur. Pro foribus vero domus ipsius, ba-  
sis quedam in loco editiore collocata mon-  
stratur, in mulieris ipsius velut genibus prouo-  
luz, palmasque suppliciter tendentis imago  
et videtur expressa. Adstat vero alia ære ni-  
hilominus fusa statua, habitu viri, stola com-  
pre circumdati, & dexteram mulieri porrigen-  
tis. Huius ad pedem statuae, e basi herba quæ-  
dam noua specie nascitur. Quæ cum exorta  
fuerit, excelsiore visque stolæ illius ærei indu-  
menti fimbriam solet. Quam cum summo  
vertice crescens herba contigerit, vires inde  
ad depellendos omnes morbos languoresque  
conquirit: ira ut quæcumque illa fuerit infir-  
mitas corporis, haustu exiguo madefacti salu-  
teris graminis depellatur, nihil omnino vi-  
rium

